





1769, 3 14

FACVLTATIS IVRIDICÆ
DECANVS

HIERONYM. FRIDER.
SCHORCH, ICTVS,

S. PALATII CÆSAREI COMES, EMINEN-
TISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, MEMORATÆ FA-
CVLTATIS ASSESSOR SENIOR ET DECRETAL. PROF.

P. 297

PVBL. ORDINAR. CIVITATIS ERFORD. CON-
SVL. PRIMARIVS, NEC NON ACADEMIÆ
ELECTORALIS MOGVNTINÆ SCI-
ENTIARVM VTILIVM
PRÆSES

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



ERFORDIÆ
STANNO NONNIANO, ACADEM. TYPOGR.

De collatione.



FACTI TANTIS IVRIDIOE
DECAVS

HERONVM FRIDRICH
SCHORCH, ICTVS

2. P. AD. G. T. A. R. I. G. O. M. E. S. F. I. N. I. E. N. S. I. S.
P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.
G. Y. T. I. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M. P. R. I. M. A. R. I. A. E. T. I. A. M.

FRUCTOBI BENEVOLO
S. P. D.





Quod jure honorario primum introductum, ut liberi emancipati, cum suis in successione admissi, his bona post emancipationem acquisita conferre tenerentur, id postea responsis Prudentum & Constitutionibus Principum latius extensum, emendatum atque ad novi juris rationem accommodatum est, ita ut omnes descendentes, ascendentibus succedentes, res, quas ab his viuis acceperunt, in communem hereditatem inferre, ac deinde æquis partibus dividere debeant. Idque summa sine dubio æquitate nittur, cum hoc modo omnia ad æqualitatem inter liberos reducantur, rixæque & odia ex inæqualitate prouenientia impediuntur atque tollantur. Hinc quæ liberis ex causa dotis vel donationis propter nuptias a parentibus data sunt, oneri collationis subiacent. *l. 17. C. de collat. nec non subsidium paternum, CARPZOV. P. 3. Const. II. def. 15. LYNCKER. decis. 1251. vel maternum. HORN. class. 8. Resp. 22. itemque multa pro filio delinquente a patre soluta. STRVV. Sym. I. Civil. Ex. 37. §. 28. quamuis quoad spontaneam multa solutionem a patre factam dissentiat CARPZOV. c. Const. II. def. 25. Sunt tamen*



tamen quædam res, quæ licet a parentibus profectæ sint, in collationem tamen non veniunt: quo pertinent res mobiles, velut equi, arma, vestes & similes, quæ filiofamilias in militiam cuncti a patre vel a matre donatæ sunt. Illæ enim cedunt castrensi peculio, *l. 1. C. de castrens. pecul.* quod collationi non est obnoxium. *l. 1. §. 15. D. de collar.* & si filius ab hostibus captus, atque a patre vel matre redemptus fuerit, pecunia pro eo soluta in diuisione conferenda non est, quia hoc beneficium ex pietate dedisse ei præsumuntur. *l. 17. C. de postumin. reuers. & ibi ERVNNEMANN. n. 19.* Inprimis vero huc referendi sunt sumtus studiorum, filio a parentibus suppeditati, adeo, ut etiam debita viuo parente studiorum causa contracta, post mortem eius ex communi hereditate exsolui debeant. STRYK. *de Success. ab intest. Diff. XI. c. 3. §. 12.* Cæterum sumtus isti comprehendunt non tantum ea, quæ præceptoribus pro institutione penduntur, verum etiam libros ad tractanda & continuanda studia necessarios, tabulas Geographicas, instrumenta mathematica, expensas in peregrinationes pro conditione personarum necessarias vel viles erogatas, & denique in honorem Doctoratus, Licentiatu- ræ, Magisterii, Comituiæ, Notariatus aliamue dignitatem factas. CONF. 10. FRID. WERNHERI *Diff. de Collat. circa libros studiorum gratia comparatos.* LEYSER. *Medic. ad π. Spec. 411. med. 2.* STRYK. *c. 1. §. 15. 16. 17.* Ratio huius iuris singularis quærenda est partim in fauore studiorum, qui æque magnus esse censetur, ac ipsius Reipubl. *l. 1. C. qui erat. vel profess.* partim in præsumta patris voluntate, quod hoc ipso, quo is filium liberalibus artibus instrui curat, velle etiam censeatur sumtus disciplinis & artibus istis addiscendis necessarios, cum qui vult consequens & finem, velle etiam debeat necessarium antecedens & media ad finem ducentia, ideoque ex *l. 50. D. famil. hercis.* recte colligitur, quod pater in dubio eiusmodi sumtus non credendi animo, sed pietate debita ductus filio subministra-
uerit.



nerit. Quod si igitur rationes modo allegatae cessant, privilegium ipsum quoque cessare consequitur, ut puta si filius pecunias a patre sub praerextu studiorum extortas male collocaverit, & vel ludendo vel Veneris aut gulae voluptatibus perfruendo perdidit, cum talis studiosi appellatione ac privilegii plane indignus sit, nec sperari queat, publicam vilitatem per ipsum promotum iri; praeterea si pater contrariam voluntatem de conferendis studiorum sumptibus expresse declaraverit, filius ad collationem obligatus est, ita tamen, ut necessaria alimenta, quae non conferuntur, deducenda sint. Verum ut diutius argumento huic nobilissimo lateque patenti inhareamus, nec loci nec temporis ratio permittit, sed potius scriptio ad praesens institutum nobis reuocanda est. Quoniam enim

NOBILIS ET CLARISSIMVS

DOMINVS

IOANNES IACOBVS EBERHARD,

MOGONVS

IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATVS

iam accinctus est ad conscendendam cathedram ICrorum, ut exantlatorum laborum praemiis augeatur, more Maiorum curriculum vitae eius laudabiliter hucusque actae percensendum erit, quod verbis ipsius Dn. Candidati expediemus. Ita vero ille:

Natus sum Moguntiae die 23. Ian. MDCCXXXIV. Patre viro optimo, Senatus civici Assessore, Matre vero CATHARINA nata Mekeliana.

hi pii Parentes mei multo dilectissimi primis in curis habebant, et tenellis jam jam annis Scholae triviales ad prima christiane fidei Dogmata, nec non prima artium liberatum rudimenta addiscenda sedulo frequentarem, ita preparatum me ulterioribus literarum humaniorumque studiorum fundamentis informandis Gymnasio P. P. Soc. Iesu tradiderunt, ubi cursu quinquennario, ut fas est, sub cura R. M. IGNAT. SCHMIZ ea absolui, absolutis hujce inferioribus Anno MDCCCLXIII, ab illust. magnifico tunc temporis Academiæ Prorectore D. IOAN. JACOB. NAVHEIMER Medic. Doct. Eminent. ac celsiss. Princip. Elect. Mog. Consiliario aulico, Facult. Med. Prof. & Ass. primar. P. O. in numerum Civium academicorum relatus sum. In eodem Gymnasio dein singulas partes Philosophiæ audiui sub R. P. FRANC. NEFF Phil. tunc temporis Prof. nec non principia Mathematicos mihi tradidit R. P. IOAN. LINN Phil. & Mathes. Prof. horum Curam atque industriam plane singularem omni pietate cultaque quotidie veneror. Ab hoc usque tempore privatis studiis per biennium operam vacavi. Deliberato demum probeque perpensio animo Collegia juridica per annum frequentavi; sed anno finito, nescio quo fato, an dicam fortuna in hanc Hieranam me conferre necesse erat. Et quod felix faustumque fuit, justo adhuc tempore, novo ardore, novisque viribus studium juridicum pertractare incoepi, in primis autem a viro illust. prenobili, atque magnifico RVD. CHRIST. HENNE Anno MDCCCLXVII. tunc temporis fasces Academiæ tenente in numerum Civium academ. receptus fui, ex quo tempore Professorum lectiones hucusque frequentavi. Enim vero ingratus essem, si viros hujus Academiæ illustres excellentissimos consultissimosque silentio præterivem, quibus tamen non minimam felicitatis mee partem in acceptis debeo, quippe qui mihi strenuo ac indefesso labore, atque doctrina nullo encomio satis deprecanda semper præsto fuerunt.

Ac primo quidem Collegium Stili elaboratorium accepi a Viro prenobili Consultiss. SIGISMUNDO LEBRECHT, HADELICH, Civit. Erf. Consule Seniore Philos. P. P. O. facult. phil. & Academ. Electoral. Assessor Societat. Reg. Bor. & Elect. Lips. Collega.

HEINECCI Instit. examinatorie mihi exposuit bina vice Vir prenobil. consultiss. ac doctissimus HERMAN ERNEST, RUMPEL Phil. & I. V. D.

D. Instit. P. P. O. Gynnas. Senat. Director. Imper. Academ. Nat. curios.
 Sodal. ac Biblioth. nec non Elector Mog. Academ. Scient. viil. ab Episc.
 idemque mihi pandectas duce illust. Helffeld non exiguo cum fructu sedulo
 exposuit. Ius nature porro ad ACHENWALL. pandectas ad BOEHMERVM,
 jus pub. ad SCHMAVSIVM solide mihi tradidit, meque dein in Collegio
 practico elaboratorio quam optime, quam doctissime instruxit, Vir illust. con-
 sultiss. ac doctiss. AD. IGNAT. TVRIN, I. V. D. facult. jurid. Assess. ju-
 ris pub. histor. & philosoph. pract. P. P. O. Biblioth. Boineb. Director. Hi-
 storiam vero vniuersalem Sacrorum Canonum hausit ex ore suauissimo M. F.
 IORDANI SIMON Ord. Erem. Aug. Ss. Theolog. Doct. & eiusdem Sacrae
 facult. Assessor. Ss. Canonum P. P. O. Simulque Libros decretales duce ill.
 HENNING. BOEHMERO audiui apud illust. consult. ac doctiss. HIERON.
 FRIDER. SCHORCH Ictum excellentissimum S. Palatii Caesar. Com. Emi-
 nent. ac cels. Princ. Elect. Mog. Consil. Regim. Ciuit. Erf. Consul. primar.
 nec non iurid. facult. Assess. senior. & Decan. ac Decret. P. P. O. In iure
 feudali demum me erudiuit illust. consult. ac doctiss. RVD. CHRIST. HENNE
 Ictus longe celeberrimus Elect. Regim. Consil. facult. jurid. nec non Elect.
 jud. Prouinc. Assess. Cod. & jur. feud. P. P. O. ab eodemque vberimvs hau-
 si fructus in Collegio priuar. Examinatorio iuris vniuersi, nunc huius Dissertationis
 Praeside plurimum venerando. Tandem peractis studiis academicis
 Reuerendissimo ac illustrissimo Domino DOMINO CAROLO GVILIELMO IO-
 SEPHO ADAMO L. B. DE BREIDBACH IN BVRESHEIM, Metropol.
 Eccles. Mogunt. & Collegiat. Equest. S. Albani & S. Victoris, Canonico
 Capitulari. & Imperial. Eccles. Colleg. ad S. Crucem Nordhassii Praeposito,
 Eminentissimi ac celsissimi Principis Moguntini, nec non Episcopi ac Principis
 Wirceburg. Consiliario Intimo ac Propinicipi Ciuitatis & Territorii Erfordiensis
 Domino meo gratiosissimo literariae iuuentutis Mecenati indulgentissimo, pre-
 ces demississimas pro Accessu in iudicio Prouinciali consequendo submissa de-
 uotione obtuli, cuius Gratia tanta erga me fuit, vt altero statim die me gra-
 tiosissime Voti mei dignatus fuerit.

Quibus fortunato successu peractis consilium iniit, summos,
 quos Themis largitur, honores capeffendi, eoque sine Ordinem no-
 strum adiit, atque vt ad consueta specimina Inauguralia admitteretur,

MIO.



modeste petiit. Honestissimis eius desideriis refragari non potuimus, ac proin binos ei ex utroque jure textus enucleandos assignauimus, & ad examen Rigorosum diem diximus, in quo non solum praescriptos textus scite docteq; interpretatus est, sed etiam ad quaestiones propositas promte & accurate respondit, ita ut vnanimis suffragiis omnino dignus iudicatus fuerit, cui rogati honores deferantur. Quamobrem proxima die Mercurii lectionem Curforiam in l. 50. *D. famil. herisc.* habebit, eaque finita Dissertationem Inauguralem

**DE IVRE FISCO ET HYPOTHECA TACITA FISCO
IN BONIS ADMINISTRATORVM RERVM FISCA-
LIVM COMPETENTE**

Præside Viro Magnifico & Consultissimo, Dno RVDOLPHO CHRISTOPH. HENNE, ELECTORALIS REGIMINIS CONSILIARIO ET RELIQV. COLLEGA NOSTRO HONORATISSIMO in Auditorio Iuridico tuebitur. Quos actus ut magnificus Vniuersitatis Rector, Per-Illustres Barones, Vniuersitatis Procures, ac Ciues praesentia sua splendiores reddere non dedignentur, ea, qua decet, obseruantia ac studio rogo, contendoque. Publ. sub Sigillo Facult. Iurid. d. vii. Maj. MDCCLXIX.



ERFURT, Diss., 1768/69

ULB Halle 3
003 738 620



f
sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

1769, 13

FACVLTATIS IVRIDICÆ
DECANVS

HIERONYM. FRIDER.
SCHORCH, ICTVS,

S. PALATHI CÆSAREI COMES, EMINEN-
TISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, MEMORATÆ FA-
CVLTATIS ASSESSOR SENIOR ET DECRETAL. PROF.
PVBL. ORDINAR. CIVITATIS ERFORD. CON-
SVL PRIMARIVS, NEC NON ACADEMIÆ
ELECTORALIS MOGVNTINÆ SCI-
ENTIARVM VTILIVM
PRÆSES

P. 297

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.

ERFORDIÆ
STANNO NONNIANO, ACADEM. TYPOGR.

De collatione.



14

